



**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Octo causæ magnificiendi statum Religiosum à Bernardo allatæ: scilicet;
quia homo in Religione viuit puriùs, cadit rariùs, surgit velociùs, incedit
cautiùs, irroratur frequentiùs, quiescit securiùs, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

1.2. q. 95.
2.4. & q.
114. 2.2.
ad 2. & in
2. d. 29. q.
1. a. 4. Va-
sent. ro. 2.
d. 8. q. 6.
p. 7. 3.
Suar. r. 1. 3.
p. d. 4. f. 4.
de grat.
cap. 12.
num. 2.
Albertin.
Corol. 18.
ex l. princ.
Compl. n.
5.
Bonau.
2. d. 41. a. 1.
q. 3. Plat.
1. l. c. 33.
Scot. Dur.
Gabr. Pal.
Alma. A-
lex. Tan-
ner.

altero minus Deo grato, ut Theologi docent cum S. Thoma, cum Religiosi ex parte sua tot titulos habeant & causas, ob quas sunt magis Deo grati quam seculares (ut paulo ante vidimus) ceteris paribus, opera eorum sunt magis meritoria, ac proinde plures thesauros, & maiores meritorum & coronarum lucrantur Religiosi in Religione, quam seculares etiam boni in seculo, Præterea cum singula & omnia opera libera, quæ quotidie faciunt, sint meritoria ob causas paulo ante allatas, quotidie innumera- biles congregant thesauros, & perpetuo dis- tulerunt per spiritualia merita. Quod ut intelli- gant qui Theologicis studiis non vacarunt, no- tanda est doctrina S. Bonaventuræ; ab aliis et- iam Theologis tradita, & relata à Plato: Non esse necessarium ad meritum (etsi securus & certus sit propter aliorum Theologorum bonorum sententiam) ut opera actu referantur in Deum; sed sufficere, ut habitu referantur. Habitu autem referri, non eo, quod anima caritate sit prædita, (hoc est in gratia Dei existat, quod satis esse ait Valquez, & alij quidam magni Theologi) non enim hoc satis esse; sed quia in exordio illius operis vel alterius ex quo illud consequatur, id ritè Deo oblatum & dicatum sit. Declarat id exemplo. Si cui propositum est centum drachmas Dei causâ elargiri, etiamsi deinde in singulis largienti nullam de Deo cogitationem habeat, non id- eo sit ut omnes illa drachmæ, non sint bene & fructuo- se collectæ, quod tamen esse necesse, si novum aliquod opus alterius generis inchoaretur: tunc enim renouanda atque iteranda esset illa voluntas, facienda id quoque ad Dei obsequium, Ex quibus deinde conficit Doctor il- le, hoc idem valere in Religiosis, qui incho- rant ad ferendum Religionis pondus; quidquid enim deinceps faciunt, quod sua discipline limitibus conti- neat, conferre ad meritum idque ex prima illius vo- luntatis impulsu ac vi, nisi forte eius voluntatis cursus contrariâ deliberatione interruptus fuerit, quod qui- dem nemo facit, nisi perditus. Hæc S. Bona- ventura.

Sanè si nihil aliud esset, cum Religiosus quæ- nia, quæ facit, faciat ex obedientia ob Dei amo- rem suscepta, & perpetuo in talibus operibus in Religione occupetur, quotidie vel vixâ voce Superioris, vel regulis scriptis, vel sono campa- nularum domestica ad ea vocatus, perpetuo facit opera meritoria, Obedientia & amoris Dei ac- tibus id præstantibus; deinde cum etiam ipsa opera, sint opera alicuius virtutis, ut sunt officia vilia ad humilitatem spectantia, & opera chari- tatis erga proximum, ut sunt ea quæ fiunt in beneficium aliorum domi in culina, in triclino, foris, in scholis, apud infirmos, apud in carcerato- rum, etiam ex his capitibus novum crescit meri- tum; Præterea actus interni, quos Religiosi eli- ciunt, dum operibus externis vacant, nova me- rita cumulant. Et hac ratione innumera quoti- die lucra spiritualia meritorum, & coronarum congregant. Felicissimus est ergo status religio-

sus tam ferax innumerabilium thesaurorum. Quocirca cum status Religiosus adeo enehat homines ad virtutum ac meritorum fastigia altissima, merito à S. Isidoro Pelusiotâ appellatur l. 1. ep. 15. *Arx virtutum.*

CAPVT SEXTVM.

Octo cause magnificandi statum religio- sum à S. Bernardo allatae, scilicet, quia homo in Religione vivit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, irroratur frequentius, quiescit securus, moritur confidentius, purgatur citius, remuneratur copiosius. Præterea, quia Deus per adversitates compellit aliquos ad statum religiosum, & quia in eo præclarum offertur Deo sacrificium.

Explicemus singula, & probemus, ut melius agnoscatur felicitas status Religiosorum. **P**rimò, in Religione homo vivit purius, & cadit rarius, tres ob causas. 1. quia non habet præ- uia exempla quibus moueatur ad peccandum, & quæ, velint nolint, debent videre seculares. Procius est autem malorum imitatio, ait S. Hiero- nymus: & quorum virtutes assequi nequeas, eisdè imi- tatis vitia. Sed, si etiam sine exemplis, mala homines per se facile inveniunt, inquit S. Chrysostromus, quid non facturi existimentur, si plurimorum exem- plo ad permissofos actus inuidentur. In seculari autem statu ubique esse pessimas res; exempla ante o- culos semper posita, solus ille negare potest, qui est cæcus & surdus. Talis enim est nunc seculi status, qualem suo tempore fuisse ait S. Maca- rius. Ecco, inquit, mundus vniuersus obambulat in terra, & negociatur, sed nihil cogitant quod Deo sit gratum. Tamquam si essent diuersoria & supanaria, aut loca similia, in quibus multa inordinatè & in- temperanter committi solent. Amici autem Dei, quæ- admodum Beatissima Virgo Maria dixit S. Bri- gitte pauci sunt: Ideo dole. Et Christus D. iubet dici à S. Brigitta cuidam Archiepiscopo. *Ab omnibus neglectus sum, ab omnibus expulsus sum, quia nemo me in sua dilectione habere desiderat.* Antiqua est ista Dei querela. Hinc per Oleam Prophetam Deus conqueritur: *Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra, maledictum, & menda- cium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem iterig.*

Quocirca Iacobus Apostolus qui has mundi in- coinquinationes videbat, volebat hominem quem tuus, immaculatum se custodire ab hoc seculo: quem locum explicans S. Thomas hos pios ver- sus attulit: *Mundus non mundus, qui mundos polluit: ergo qui manet in mundo, quomodo mundus erit?* Hinc S. Augustinus: *Si delectat te mundus, semper vis esse immundus. Idè Nazianzenus mundum*

70.
S. Bern.
hom. de
quærens
bonas
margari-
tas, cp. 7.
lib. 1. de
prouidēt.
71.
in hom. 12.
1. 2. Reu.
cap. 24.
Extr. Re-
uel. c. 51.
Of. 4. 1. 2.
Iacob. 1.
27.
tra. 38. in
Ioa.
vocat,

oc. 9. vocat. *Impoflorem*, & illis esse fugiendum, doce-
re Chriftum voluiffe illis verbis: *Surgite, carnis*
binc.

72. *Secundo. In religione homo vivit purius, & cadit rari-
us*, quia in ea non sunt ex occafiones cadendi
in peccata, præfertim impura, quæ sunt in ftatu
feculari. Has occafiones præbent mali focij ad-
venientes ex aliis domiciliis; præbent mali ser-
mones qui audiuntur. *Cito autem afuefcimus*, ait
S. Cyprianus, *in hoc quod audimus scelere*: præbent
perfonæ cum quibus in eadem domo vivitur,
fæpe nihilo meliores, ne dicam peiores, à qui-
bus plus periculi expectandum est, ob conti-
num cum illis conuictus, quia declinat non
poffunt. *Et qui tetigerit picem*, vt ait Spiritus S.
inquinabitur ab ea: & qui communicauerit *superbo*,
induet superbiam. Idem autem est iudicium de
aliis vitiis, maximè de impuritate, ad quam ad-
eod est proclivis noftta natura. Nam vt ait S. An-
selmus: *Humana natura tam facile per vitia, quam*
per planum perfunditur aqua.

73. *Ideo non omnia peccata sunt adfcribenda*
diaboli tentationibus. Multa enim sine tentan-
te diabolo fiunt ab hominibus, ex liberi arbi-
trij motu, vti post Origenem docet S. Augufti-
nus, & S. Thomas, ex profelfo id tractans &
probrans; & Abbas Moyfes apud Caffianum, &
S. Bernardus. Hoc ipfum dixit Chriftus Domi-
nus S. Brigittæ: *Si turbati poffem, merito nunc dicere*
poffem: Peccator me feciffe hominem. Nam homo modo
est, ficut animal, quod fponfe currit in retia; quantum-
cumque enim inclinatur, nihilominus fequitur fua
voluntatis appetitum. Nec iam omnino imputandum
est diabolo, quod violenter trahit hominem, imò ho-
mo ipfe præuenit malitiam eiu. Sicut canes venatici
qui primo ducuntur copulis (feu loris) inde tandem af-
fueti capere & deorare animalia, etiam in acceleran-
do ad prædam præueniunt ductorem. Sic iam homo
affuetus & fâfcinatus in peccato, promptior est ad
peccandum, quam Diabolus ad tentandum. Quocir-
ca si anima noftta fponfe corrumpit, vt ait S. Cyprianus
martyr, quid faciet impulfus, malis exèplis & fermo-
nibus malorum lociorum? Felix est ergo anima,
quæ per Religionis ingreffum & beneficiu, cum
fit tam prompta ad peccandum, in Religione
vivit purius & cadit rariùs. Quia vt ait S. Cypria-
nus, *Quantò vnufquifque fuerit longius ab aduerfis*,
tantum non fenfit aduerfa, minùs voluptatibus stimu-
latur, qui non est, vbi est frequentia voluptatum: & mi-
nùs auaritie moleftias patitur, qui diuitias non vi-
det.

74. *Tertio. In religione homo vivit purius, & cadit rari-
us*, quia in ea cognofcitur melius grauitas, &
fæditas peccati, per meditationes quotidianas,
per lectionem librorum fpiritualium, per ex-
hortationes fuperiorum, per colloquia fpiritua-
lia, & potiffimum per internas Dei illustratio-
nes, quæ in Religione sunt frequentiffimæ, vt
paulò pòft videbimus.

75. *Deinde, in Religione homo, fi ceciderit, surgit velo-*
citer, quia exemplis bonis domesticis, quæ
quotidie videt, erigitur: *Facilis enim*, vt ait S. Leo
Papa, *ad exhortandum est ratio efficax ad fuaadendum*
per exempla, quæ validiora funt quam verba: tum
quia fuperiorum tanquam medicorum fpiri-
tualium curatione fubleuatur: tum quia collo-
quius piis cum domesticis vehementer accendi-
tur, ad fugam vitiorum, & virtutis amorem: &
vt dicitur Proverb. 33. *Qui cum fapiente graditur,*
fapienter erit, & vt ait Seneca: *Plus tibi vna vox &*
conuictus, quam oratio proderunt: tum ob vberio-
rem influxum gratiæ, quem experiuntur reli-
giofi in religione, etiam ad relurgendum à la-
pibus: idque Deus promiffit S. Catharinæ Se-
nenti: *Religio tutior est, quia fi quis ibi ruat, aprior est*
ad furgendum, quia cum maiori fubfidio fe reperit.
Præterea in religione homo incedit cautiùs. Freque-
res enim lapsus illius in feculari ftatu, docue-
runt eum, quàm cautè fit incedendum, etiam in
religione: in qua cum meditationum confide-
rationes quotidianæ eæque profundæ vigeant,
fit, vt quemadmodum ait S. Theodorus Studita,
piis implexi cognatis & diftenti, *hostiles laqueos eua-*
damus.

Ad hac in religione anima irroratur frequentius:
rore nimirum diuinarum illustrationum, & in-
pirationum, & confolationum, & auxiliorum
gratiæ. Cum enim religiofi pro Deo omnia reli-
querint, & ad Deum quàm proximè accede-
re, eique fimiles fieri, & gratiæ eius cooperari
nitantur, experiuntur erga fe liberaliorem Deu,
quàm feculares. Deus enim, vt ait S. Dionyfius
Areopagita, *radium illum fupersubftantialem fibi*
perfeueranter inftitum, cuiuslibet rei congruis illumina-
tionibus clementer attemperat, nec non, ad quantum
fas est, contemplationem ac communionem, fimilitudi-
nemque, fâctas mentes euehit, quæ ad ipfum quoad
poffunt committuntur. Non habent enim impedi-
menta feculi quod non amant vt amant fecula-
res. Amor autem rerum terrenarum, vt ait S. Au-
gufstinus, *viscum est fpiritualium pennarum: Ecce*
concupifci, hafifci. Et vt habet B. Laurentius Iufti-
nianus: *Qui gratia bene vtuntur, potioribus bonis*
efficiuntur digni. Quibusdam itaque Deus, ex congruo,
non ex condigno præftantiora fupererogat gratiarum
numera, per quæ ipforam gratior & meritoria magis
quàm priùs fiant opera.

Bene ergo B. Egidius (vt fcribit de eo S. S. de
& Wadingus) cuidam ex iplo perquirenti,
poffitne diuinam fibi conciliare gratiam qui
in feculo permaneat respondit: *Potest quidem, fed*
malle ego gratiam vnâ in monafterio, quàm decem
in feculo. Quia enim in monafterio obtinetur gratia,
ea & crefcit facile, & bene cufoditur: quod is, qui mo-
naficum fectatur inftitutum, ab omni mundi ftrepitu,
& follicitudine perturbante, (quæ magnum adferunt
gratia impedimentum) feiunctus fit, aliuque fratres piis
adhortationibus & fâctis exemplis à malo eum re-
trahant & ad bonum incitent. Porro gratia quæ in fe-
culo percipitur, & cito folet amitti, & agrè conferua-
tur,

tur, quod mundanarum tentationum sollicitudo, (quae est perturbatio & inquietudinis parens) diuina gratia & impediatur & perdat suauitatem, & quod alij seculo dediti homines pestiferis suggestionibus, & perniciosis exemplis eum, qui diuinam gratiam praeferunt bono reuocent, fortiterq; impellant ad perpetranda mala: se quis enim velit recte & inculpate se gerere, non modo non adiuuant, sed irrident etiam. Dei autem inimicos tantum abest, ut reprehendant, ut etiam esserant & extollant. Satius est igitur vna potiri gratia in libertate, quam decem in eiusmodi timoribus & periculis. Hec B. Egidius verissimè dixit.

79. Sess. 6. c. 16.

Et cum Christus Dominus, ut ait Concilium Tridentinum, tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmis, in iustificatos ingerit virtutem influat, quae eorum bona opera semper antecedit, & conuincitur & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse possunt, multo magis influit in religiosos bonos, qui statu perfectionis seculares superant, qui Deo se & minima sua deuotius in perpetuum liberaliores se erga eum exhibuerunt. Mos autem Dei est, ut ait S. P. N. Ignatius, ut quando aliquis se artius Deo adstrinxerit, & liberaliorem erga summam maiestatem se praestiterit, tanto eum in se liberaliorem experiat, & ipse in dies magis idoneus fiat, ad gratias & dona spiritualia uberiora recipienda. Coniungi autem magis cum Deo, ac liberalem se in eum exhibere, est se totum immobiliter diuino seruitio mancipare, quod illorum est, qui votis emissis Deo se dedicant.

80. 3. p. const. c. 1. §. 22.

Item homo in religione quiescit securus. Qua de re alibi S. Bernardus sic agit explicans illa verba Cantorum: Læcclus noster floridus. In Ecclesia, inquit, lectum in quo quiescit, claustra existimo esse & monasteria, in quibus quiete viuunt à curis seculi & sollicitudinibus vita.

81. S. 46. in Cant. Cant. r.

Et quod de sacro Praemonstratensi Ordine in quadam Bulla scripsit Innocentius Papa quartus, idem omnibus aliis Ordinibus suo modo accommodari potest, ob excellentiam status vniuersiusque Ordinis & Religionis: in qua lectum amant quietis, habet veri excellentia Salomonis. Vna, inquit S. Cyprianus, placida & fida tranquillitas, vna solida & firma & perpetua securitas est, siquis ab his inquietantis seculi turbibus extractus, salutaris portus statione fundatus, ad caelos oculos tollat à terra, & quicquid apud ceteros in rebus humanis sub imagine ac magnum videtur, infra suam iacere conscientiam gloriatur. Nihil appetere iam, nihil de seculo desiderare potest, qui seculo maior est. Putant quidem seculi amatores, magnis inquietari laboribus religiosos, sed falluntur. Nam utrumque expetitur statum S. Ioannes Chrysostomus verè dixit: Putas quod peccatores huius mundi non laborent: bene enim maiores labores & sollicitudines habent quam serui Dei.

ep. 2. ad Donat.

in Psal. 13.

Est etiam altera quietis causa, Superiorum paterna & oculata prouidentia; ob quam religiosus de nulla re ad se spectante, quoad praesentem & futurum statum est sollicitus, (cum

sciat id ad Superiores spectare, & illos prouidere omnia, non tantum necessitata, sed etiam conuenientia vnicuique, ut sit in Religionibus bene ordinatis.) tum quia liber est ab occupationibus & rebus seculi, valde omnes profusus inquietantibus, & magis eos, qui sunt in seculo ditiores & potentiores. Magna, inquit S. Gregorius Papa, est seruitus secularium negotiorum, quibus mens atteritur vehementer, quamuis in eis sponte desudet. Cuius seruitutis conditione carere, est in mundo nihil iam concupiscere. Quasi enim quaedam iugo seruitutis premunt prospera, dum appetuntur: premunt aduersa, dum formidantur. At si quis semet à dominatione desideriorum temporalium; colla mentis excusserit, (vti excusserunt religiosi boni.) quadam iam hic in hac vita libertate perfruitur, dum nullo desiderio felicitatis afficitur, nullo aduersitatis terrore coartatur. Asperum quippe & dura seruitutis pondus est, subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, velle stare in non stantibus, appetere quidem transiuntia, sed cum transiuntibus nolle transire. Liber ergo dimittitur, qui calcatis desiderijs, ab appetitione rerum temporalium, securitate mentis exoneratur. Itaque qui in seculo viuunt, ut loquitur Chrysostomus: non sibi viuunt, sed alteri, & mille crudelibus Dominis huiusmodi homines premuntur. O misera seruitus, inquit S. Augustinus, num ista parua pena existimanda est, quod ei libido dominatur? Cum in terrea cupiditatum illud regnum tyrannice seuiat, & parijs contrarijsq; tempestatibus totum hominis animum, vitamq; perurbet, hinc timore, inde desiderio: hinc cruciatu rei amissa, quae diligebatur, inde ardore adipiscenda, qua non habebatur: hinc accepta iniuria de doloribus, inde facibus vindicanda. Quaqueuis potest coartare illum auaritia, dissipare luxuria, addicere ambitio, inflare superbia, torquere inuidia, desidia sepelire, prouocata concitare, afflictae subiectio. & quaeunque alia innumerabilia regnum illius libidinis frequentant & exercent. Possunt tandem nullam istam penam putare, quam omnes qui non inhaerent sapientia, necesse est perpeti: Qui autem his fluctibus iactatur, non viuunt securus: omnes autem eis iactantur qui sunt extra statum religiosum, quia omnes serui sunt istorum crudelium dominorum nimirum vitiorum seculi, vel affectuum qui in statu seculari non domantur vti in religioso, in quo docentur & verbis & factis excutere iugum hunc seruitutis multiplicis, & ad libertatem filiorum Dei transire. Quae in seculari statu non habetur. Quod ipse Cicero licet ethnicus agnouit: Anille mihi liber est, cui mulier imperat, cui leges imponit, praescribit, inbet: verat quod videtur, qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audeat. Poscit, dandum est, vocat, venendum: eicit, abeundum; minatur, excimescendum. Ego verò istum non modo seruum, sed nequissimum seruum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puto. Quod si, (vti fit quotidie) hi crudeles domini etiam ad peccata perducant suis imperijs, quae quies, quae securitas esse potest? nam vbi tristitia

82. l. 30. mor. cap. 11.

hom. 19. in Mart.

l. 1. de liber. arbit. cap. 11.

parado. penult.

tristitia est, velis nolis, ibi quies esse nequit, & viuendi securitas. Quando enim homo sub peccato non tristis inquit S. Chrylogus ser. 6. de hom. à clamo. pestiflo. quando non sub morte lugens? quando non sub demonibus pallens? quando non sub criminibus desperatus? Quæ cum à statu religioso absint, bene dixit S. Bernardus; quod in religione quiescitur securus.

83. Insuper religiosus moritur confidentius, tum propter conscientiam mundatam à peccatis seculi, in religione, vt supra ostensum est, remitti solitis; tum quia liberam habet conscientiam à similibus peccatis, tum propter multitudinem bonorum operum quæ fecit in religione, tum propter promissum religiosi specialiter regnū cælorum, vt supra vidimus; tum quia sub obedientia religiosi moriuntur: Obedientia enim, vt

84. ait S. Theodorus Studita, mortis securitatem parit: & obedientibus, licet esse imperterritis (scilicet ad mortem & tribunal iudicis Dei) qui dilecto audientes se prebent, omneque studium in obedientia ponunt. Hanc ob causam meritò S. Ioannes Climacus, appellauit obedientiam, immediatam ad Deum excusationem, metus mortis contempionem, tutam nauigationem, confectum dormiendo iter. Et qui

84. piè suam animam obediendo mortificauerit, securus pro omnibus rationem reddet. Et infra: Si quis conscientiam suam mundissimam, in Patris spiritualis subiectione seruauit, hic iam mortem vt somnum, imò verò vt vitam, quouside intrepidus expectat, certissime sciens obitus tempore, sui ipsius, non à se, sed à Patre rationem esse inquirendam. Bene itaque respondit S. Arsenius, in seculo duorum Theodosij Imperatoris filiorum magister, factus monachus, in qua maxime re consideret. In eo, inquit, quod homines fugi, quod fleui (scilicet peccata in seculo commissa) quod manibus laboraui.

85. Meritò ergo S. Bernardus dixit, Religiosum mori confidentius. Morimur sanè religiosi, inquit S. Chryostom. non enim immortalis sum corpore, sed illi mortem non existimant mortem. Inde gratiarum actio sequitur, & gloria ingensque læticia, cum optet vnusquisque tali se exitu donari, sic exire certamine, & à laboribus sudoribusque quiescere, ac denique Christum videre. Porro ægotanti non vxor asiat criminibus solutus; nec pueruli imminentem stentes orbitatem; non famuli expirantem importunis precibus pulsantes, vt se cuiuspiam commendatos relinquunt. Sed his impedimentis omnibus solutus animus, id vnum tantummodo cogitat, quomodo cum maiore gratia extremum Deo spiritum reddat. Felix, ait S. Hieronymus scribens ad Iulianum, quem ad Religionis ingressum incitabat, & omni dignis beatitudine, quem senectus Christo occupat seruentem, quem extrema dies Saluatori inuenerit militantem: qui non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta: cui in introitu Paradisi dicitur: Recepisti mala in vita tua, nunc autem hic lætare. Confirmauit hanc veritatem Deus. Pater qui S. Catharinæ Senensi dixit: Obedientia Religiosi facit animam super Ordinis

86. iuuant-

brachia nauigare, atque Pralati sui, & non super brachia sua: quia verus obediens, non obligatur mihi rationem reddere de se, sed solummodo Pralato, cui subditus exiit. Meritò ergo Religiosus moritur confidentius. Quis dubitare potest de sua salute, ait B. Catharina Bononiensis, in libello Dei iussu scripto, si finiat vitam in obedientia per quam credas firmiter se melius saluandum quam per vllam penitentiam, ieiunium, & quamuis contemtionem.

Quanta autem sit felicitas Religiosorum sub Obedientia viuentium, & securitas ac confidentia in tali statu morientium, ostendit Dominus S. Gertrudi Virgini. Nam ostendit ei viam animarum ad celum, in similitudine valde stricti asservis, parum proliuis, qui difficillimè poterat ascendi, & oportebat vt ascendentes se iuarent ambabus manibus, asserem hinc inde cautè tenentes. Per quod notabatur quod per opera bona oportet animas iuuare. Qui etiam Angelos merentur habere promotores, multum proficiunt. Nam videbantur ex vtraque parte terribiles gryphones, scilicet demones, circumvolare, ad impediendum animas. Sed ostendebatur solatium Religiosorum sub Obedientia viuentium, quasi idem asser haberet ex vtraque parte peritias, per quas tenere se poterant, ne caderent. In illa verò parte, vbi Pralati negligunt subditos per Obedientiam regere, videbantur peritice deficere, & anxie casus timebatur. Illa autem anima, qua se voluntarias ad Obedientiam exhibuerant, manibus propriis in peritice se tenentes securè transibant, Angelis adiuantibus, & omnia impedimenta remouentibus ab ipsis. Bene ergo dixit S. Bernardus; Religiosum mori confidentius.

Quocirca mirum non est P. Ioannem Nicolaum Denotarium, olim Præpositum Prouincialem Romanum, postea Rectorem Perusinum, cum iam iam moriturus esset, rogatum à domesticis, quid vellet eos meminisse, eequid mandaret exequi vnum illud respondisse: studium obsequij. Id enim mihi in hoc articulo temporis summam asserit securitatem.

Ibidem narratur de quodam nostro Sacerdote, mortuo Viriduni, septimo decimo post anno ab ingressu, viro spiritu feruenti, qui in supremis, nihil aliud serè habebat in ore, nisi quam re ipsa semper ostenderat, quæque saluâ, nihil esse assueuerat cuiquam è nostris in morte desperandum, parendi diligentiam.

Deinceps Religiosus purgatur citius. Cum enim post emissa vota religiosa vel Professionem, vt plurimum diu viuant Religiosi, & peccata venialia, sine quibus in hac vita non viuunt, aliqua committant, quæ præter culpam, adferunt obligationem pœnæ, in hac vel in altera vita luendæ, fit, vt aliqui, qui in hac vita non exoluerunt hoc debitum per opera satisfactoria, necesse habeant illud in Purgatorio exoluere. Ceteris autem paribus, citius purgati ex illo exeunt, quia plura opera satisfactoria, viuendo in Religione, quam seculares fecerunt: & quia post mortem, suorum fratrum Religiosorum pluribus precibus pro se suis, & aliis operibus satisfactoriis,

de am. 5.7.

87. l. 5. c. 24. in fin. diu. piet.

Ann. Lit. A. 1586. pag. 294

pag. 361.

88.

iuuantur, quibus seculares non solent tam copiose iuuari. Adferam huius rei exemplum de quodam nostro Nonitio Neapoli defuncto ante 60. circiter annos. Is erat Guilielmus Elfinthoni-
 nius, Patria Scotus, sanguine & ingenio & virtute admodum nobilis, cum pene adolescens, nondum in-
 tro mense, postquam in Societatem nostram admissus esset, in lethalem febrem incidisset, incredibilem semper alacritatem & verbum, & vultu, & factis ipsis pre se tulit, cum satiari non posset Deo gratias agens, quod in religione moreretur. Extremo autem ferme spiritu, cum fratres in cubiculum confertim introeuntes videret, in hanc ipsam vocem erupit: O gloriosam, inquit, mortem, tot Angelorum agminibus constipatam! Quin etiam ingenti atque insolito elatus gaudio: Non videtis, inquit, non videtis Angelos? Simulque Angelum suum custodem compellens, aliquandiu cum eo ita locutus est, quasi eum oculis aspiceret, à quo sibi deinde denunciatum narrauit: Se Purgatorij quidem loca transturum, sed celerim euolaturum, & ad gaudia paradisi perducendum: ibi obuiam ei futurum Ignatium, qui eum coram sanctissima sisset Trinitate. Quereute autem nescio quo, quâ specie & quâ formâ is Angelus esset adolescentem quemdam, qui tum aderat, indicauit, cui simillimum esse dixit. Mox etiam dulcedine quadam mixtoque seruire ita completa est eius anima, ut corpus ipsum licet grauitate morbi, & mortis propinquitate fractum, aliquandiu tamen insolitis motibus, super lectulum quasi exiliens & gestiens agitaretur cum omnium admiratione, qui nunquam simile aliquid viderant. Simul etiam oculos retro post cervical cum magna quadam exultatione refliciens, ac nescio que, que à nullo percipi potuere, submurmurans, indicabat, se aliquid ibi spectare, quo maiorem in modum oblectaretur. Inter qua gaudia repente consensens, tanquam placidissimo somno consopitus, spiritum exhalauit. Noui ego illum adolescentem, cui suum Angelum custodem esse similem Elfinthonium dixerat. Erat tunc iam in Societate ille Adolescens, que post multos annos familiariter noui, factum Sacerdotem, & Romæ concionantem audiui P. N. Massam adhuc in matura virili atate pulcherrimam faciem præ se ferentem. Si ergo iste Nonitius, tantum pertransiuit Purgatorium, quanto magis sperare id potest Religiosus, votis Deo astrictus: si ille, nondum integro mense in Societate transacto, tam cito in Purgatorio purgatus est, quanto citius purgabitur ille Religiosus, qui plures annos in religione viuens religiosè, exegit: Vere ergo dixit S. Bernardus hominem in religione citius purgari.

89. Plat. l. 1. cap. 31. Ann. lit. 1584. P. 93.

90.

l. 1. ep. 212.

Denique remuneratur copiosus, quia viuendo in Religione, plura quam si fuisset in seculo, merita congregauit, quibus in celo maior gloria ex Dei promissione & benignitate debetur.

cum hic cum illic bona, pollicente bono illo Pastore ac Matthi Saluatore: & pro subitis aduersus vitia certaminibus 19. 29. ac palastris, corruptionis expertem coronam tibi merente Paulo, generoso inquam illo in huiusmodi rebus. Cor. 9. pugile & victore. Corona porro plures tibi parantur. 2. 5. propter has causas:

Primâ. Propter vota religiosa, quæ religiosi emittunt, tum illa tria communia omnibus Religiosis tum alia, quæ aliquæ Religiones, præter ea habent particularia, vti habet Societas tum in scholasticis, tum plura in Professis. Cum enim hæc vota sint meritoria, debetur eis gloria in celo, & cum ea non habeant seculares, ceteris paribus, Religiosi, ob illa vota seruata, in celo remunerabuntur copiosius, præsertim, quia idem opus bonum quod vnus facit, etiam secularis ex voto, ceteris paribus, est maioris coronæ in celo meritorium quàm idem vel simile opus, factum ab alio, sine voto: vti Theologi docent, cum S. Thoma.

Secundâ. Religiosus remuneratur in celo copiosius, tum propter statum humilem quem elegit in Religione, tum propter officia vilia & humilia quæ in Religione obiuit, quæ seculares non obeunt. Cum ergo quis se humilitat exaltabitur, vt ait Christus Dominus, & humilitatis mensurâ eorespondeat cælestis gloria, vti docent sancti, & Beatiſſima V. Maria dixit S. Brigittæ, Religiosi ob id remunerabuntur copiosius in celo. Merito ergo S. Bernardus id confirmans, etiam prædestinationis signum esse ait humilitatis studium, in operibus vilibus & humilibus religiosorum. Quis scit, si omnium vestrum quos hic video, nomina scripta sunt in calce, & in libro prædestinationis annotata? Vocationis enim (alloquitur suos Religiosos) & iustificationis vestra aliqua mihi signa videor intueri; in conuersatione tanta humilitatis. Propterea dilectissimi perseverate in disciplina quam suscepistis, vt per humilitatem ad sublimitatem ascendatis, quia hæc est via & non alia præter ipsam. Hinc Christus Dominus iuueni illi seculari, qui dixerat se custodisse omnia mandata Dei à iuuentute sua: ideoque Iesus eum intuitu dilexit eum, vt addit S. Marcus, ac proinde iam habebat bonam præparationem pro coronis in celo, sed suadens ei statim Christus statum religiosum tanquam perfectiorem, non quomodo docunque promittit ei vitam æternam (ad quam supra dixerat, sat esse seruare mandata) sed copiosorem pollicetur remunerationem quam appellauit thesaurum, vt obseruauit S. Chryostomus. Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende qua habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me. Quibus verbis Christum Dominum consilia Euangelica, vt distincta à præceptis Dei (quæ ille iuuenis verè seruauerat, ideoque à Christo fuit amatus,) non præcepisse sed suauis docent SS. Patres: ideoque non dixit: Vade, vende, tanquam impetans, sed: si vis, tanquam consulens, vt præter alios obseruauit S. Dorogin. c. 14.

Luc. 14. 1. 1. Reuel. c. 4. l. 2. cap. 23. S. 2. de Alcenf.

Matth. 19. 20.

Matth. 10. 21.

Matth. 19. 17. 91.

Matth. 19. 21.

Hier. Aug. gust. Hier. Aug. S. 6. de rēp. & de S. Virg. in cap. 14. Doroth. S. 1. A. than. in Vita S. Anton. Prof. ap. S. 2. f. Bon. vit. S. Franc. cap. 3. Hier. ep. Lad. De met. & ep. 10. H. 2. 4. Tullian. bom. in Decla. Virg. D. f. 2. 9.

Aug. S. 61.
de temp.
& de S.
Virginit.
cap. 14.
Dorothe.
S. S. A.
tham in
Vita S.
Anton. S.
Prof. apud
Sufi. 25.
Ite. S.
Bon. vit.
S. Franc.
cap. 3.
Hier. ep.
ad De-
met. &
ep. 10. ad
Helib. &
ep. 2. ad
Liliana.
hom. in
Declam.
Vig. Do-
ctici.
92.
93.
c. 4. vita.
19.
17.
61.
&
ir-
4.

Dorotheus. Ideo & S. Antonius Abbas & S. Prosper Regiensis postea Episcopus, tempore S. Leonis, & S. Franciscus, auditis his verbis in Ecclesia lectis, secularem statum deseruerunt, & SS. Patres his verbis commendant statum religiosum, & ad eum excitant S. Hieronymus & S. Bernardus. Ostendit hoc Deus non semel etiam miraculose, quam copiose remuneretur in caelo, annos etiam paucos in religione transactos. Cum S. Dositheus cuiusdam Tribuni seu Praefecti militum filius, adolecens Religionem, esset ingressus, & sub disciplina S. Dorothei per quinquennium tantum, in Religione vixisset, infirmis seruens, multis vexatus à S. Dorotheo experimentis, cum morti esset proximus, magnus illo seculo fenex Barfanophilus, ei infirmo dixit: *Vade in pace fili & te S. Trinitati praesentia, nec non precare pro nobis. Fratres, audito senis dicto, conristari atque indignari ceperunt: Quid fecit hic, ut huiusmodi verba audire mereretur à senē? etenim non viderunt eum biduana ieiunia peragentem, vel ante consuetas vigiliis surgentem ac vigilantem, sed neque ad ipsas vigiliis, nisi post duos hymnos surgebat. Non viderunt ipsum spirituale exercitium seu mentalem exercitationem facientem, sed viderant eum dumtaxat parum iusculi capientem, quod reliquum secerant egroti, quibus sanus dum esset ministrabat: & si psalmodum qua capitis, reliquerant egroti, aut aliquid eiusmodi comedentem. Ita conturbabantur ignorantes exercitationem eius & profundam atque indiscussam in omnibus rebus obedientiam illius. Quandoquidem nullam vel semel propriam voluntatem expleuit. Ceterum cum pro tam mira ac sancta obedientia, & simplicitate, repositam illi gloriam palam facere vellet Deus, non multis post obitum S. Dosithei diebus, quidam hospes sanctus ac magnus fenex videre cupiebat sanctos, qui in eo canobio vita sancti erant. Rogavit itaque Deum, ut id quod petierat, manifestare illi dignaretur, & vidit velut in choro illos astantes omnes, inter quos omnes, etiam vidit & iuuenem quendam astantem, & ait: *Quisnam erat obsecro iuuenis ille, quem inter ceteros Patres sanctos astantem vidi? cumque forma illius signa & characteres accuratè descripsisset, agnouerunt omnes Dositheum fuisse. Et Deum glorificauerunt, admirantes, de qua vite conversatione, de quo vite statu, & ratione viuendi, delicatus valde & in multo delicatius enutritus, vultu iucundissimus ad quanta praeuia, qualēve mensuram, tam breui tempore (quinque annorum) pro sola dumtaxat obedientia indiscussa obseruatione, & abnegatione propria voluntatis peruenire promeruit. Hinc S. Franciscus teste S. Bonaventura, tam verem asserbat S. Obedientia fructum, ut eis, qui iugo ipsius colla submitterent, nil temporis sine lucro transiret. Ita verum est, quod dixit S. Bernardus Religiosum remunerari à Deo copiosius, siquidem non tantum gloriam acquisiuit in caelo, sed magnam gloriam quippe vilis inter Sanctos.**

Alterum exemplum adferam domesticum de nostro B. Aloysio Gonzaga qui quamuis

tantum septem mensibus non integris & quinque annis in Societate vixerit, natus viginti tres annos etatis, & tres menses, tamen Deo reuelante vilis est, in valde magna gloria in caelis à B. Maria Magdalena Pazzia Carmelitana de Obseruantia, quae hoc ipsum se vidisse iure iurando testata est, coram Commissariis Apostolicis, iussa id dicere, dum fierent autoritate Apostolica Processus pro Canonizatione B. Aloysij: & habetur in vita huius Beatae. Dum enim ea esset in profundissimo raptu, hæc ipsa verba alta voce protulit, Anno 1600. 4. Aprilis à monialibus eius monasterij eo ipso tempore scripto consignata. *O quam gloriam habet Aloysius filius Ignatij: nunquam credidisset, nisi mihi illam monstrasset Iesus meus. Mihi videtur certo quodam modo, non futuram tantam gloriam in caelo, quam video habere Aloysium. Ego dico, Aloysius est vnus magnus sanctus, non habemus sanctos in Ecclesia (intelligebat de reliquis sanctorum) quos non credo habere tantam gloriam. Ego vellem posse ire per totum mundum, & dicere, Aloysium filium Ignatij, esse magnum sanctum: & vellem posse monstrare vnicuique ipsius gloriam ut Deus glorificaretur. Habet tantam gloriam, quia operatus est internè. Quis posset vnquam explicare valorem & virtutem operum incernorum non est comparatio aliqua interni cum externo. Aloysius fuit Martyr incognitus. En quomodo inter Martyres computatur religiosus qui morte naturali ex hac vita decessit. Immo inter Virgines in caelis numerantur religiosi, etsi in hac vita Virgines non fuerint. Extat præclarum huius rei testimonium in vita S. Iuliani, qui cum esset desponsatus Basilisæ Virgini 19. anno etatis, & cum ea perpetuò vivere decreuisset sine vlllo matrimonij vsu, post visum Christum Dominum cum infinito exercitu Candidatorum, & B. Virginem cinctam innumeris Virginibus, & post auditum suauissimum concentum Angelorum, vidit cum sponsa allatum à duobus Angelis librum argenteum, & in eo aureis litteris hanc exaratam inter alias sententiam: *Quisquis mei desiderio mundum contempserit, iis annumerabitur qui cum mulieribus non sunt conuinati. Verum est itaque S. Bernardi dictum, Religiosos copiosius in caelo remunerari à Deo. Itaque felicissimi sunt illi, quibus concedit Deus ut moriantur in Religione, post vitam in ea bene transactam, & felices illi, quos Deus è seculari statu vocat ad Religiosum, tot bonis plenum, quot supra enumerauimus, etsi non enumerauimus omnia, immò maiorem illorum partem, breuitatis causa omisimus, quæ videri possunt piè, doctè & eruditè tractata à nostro Patre Hieron. Plato viro valde sancto in tribus libris quos non sine peculiari Dei lumine & Spiritus sancti assistentia edidit, de bono status Religiosi: uti quiuis prudens & non inuidus lector, eos legendo facile animaduertere potest.**

C Duode-

Duodecima. Causa

94. **M**agnificiendi statum Religiosum est, quia Deus quos amat, & ex amore erga eos, vult esse participes bonorum status religiosi; ac proinde ad statum religiosum vocat, dum eos videt nolle suam amplecti eius vocationem, permittit & immittit varia, quibus adacti & infestati, mundum deserant, & statum religiosum amplectantur, non ut male solent aliqui loqui, ex desperatione, sed ex violenta Dei eos efficaciter amantis vocatione, quo etiam modo vocavit Paulum ad sanctam fidem, ex equo à se prius deturbatum, & facultate videndi priuatum, & tales vocationes improbandæ non sunt, sed exequendæ & laudandæ. Docuit hoc Abbas Paphnutius apud Cassianum, & post illum S. Bernardus in sententiis: *Tres, inquit, sunt vocationum ordines & modi. Primus ex Deo est, secundus per hominem, tertius ex necessitate. Ex Deo quidem est, quoties inspiratio quadam innissa in cor nostrum, nonnunquam etiam dormientes nos ad desiderium vite æternæ ac salutis excussit, Deumque sequi & eius inhaerere præceptis compunctione saluberrimâ cohortatur. Quo modo B. Antonium accitum esse cognouimus, qui occasionem suæ conversionis à sola diuinitate percepit. Ingressus namque Ecclesiam ibique audiens in Euangelio Dominum predicantem: Qui non odit patrem & matrem & filios & agros, insuper & animam suam non potest esse meus discipulus. Et si vis perfectus esse, vende & vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me. Præceptum hoc Domini, velut specialiter ad se directum, cum summâ cordis compunctione suscepit, confestimque renuncians cunctis, secutus est Christum, nulla exhortatione neque doctrinâ hominum prouocatus. Secundus vocationis modus est, cum vel exemplis quorundam Sanctorum, vel monitis instigati, ad desiderium salutis accingimur re. Tertius verò vocationis modus est, qui ex necessitate descendit, cum ingruentibus repente tentationibus, quæ vel mortis pericula comminantur, vel amissione ac proscriptione percutiunt, vel charorum morte compungunt, ad Dominum, quem sequi in reum prosperitate contempnimus, saltem inuiti properare compellimur. Et alibi: Abbatî Moysi nil desuit ad perfectam beatitudinis meritum, quod metu mortis quæ ei propter homicidij crimen imentabatur impulsus, ad monasterium decucurrat: quia ita necessitatem conversionis arripuit, ut eam in voluntatem promptâ animi virtute conuertens ad perfectionis fastigia summa perueniret. Et Paulo nihil obsuit, quod repente cacatus ad viam salutis velut inuitus videtur attractus, qui postea Dominum tanto animi seruore sectatus, inuitum necessitatis, voluntariâ deuotione consummans, gloriosam tantis virtutibus vitam incomparabili sine conclusit.*

Metaphr. Tali necessitate S. Paulus Primus Eremita, ut scribit in eius vita S. Hieronymus, dum fugiens Decij & Valeriani sauitiam, casu in specum in-

Coll. 3. c.
3. 4.
Bernard.
in sent.

cap. 5.

gressus, cum aliquamdiu inibi latuisset, cepit delectari solitudine, & quod prius necessitate fecerat, deinceps voluntate tota vita tenuit. Sic S. Arsenius metuens iram Arcadij filij Imperatoris, quem instituebat, seculum deseruit, & vitam monasticam elegit. sic S. Paulus dictus Simplex, ob vxorem in adulterio deprehensam, illam, & domum suam reliquit & ad S. Antonium se contulit eique adhaesit. sic S. Romualdus fundator sui Ordinis, cum Pater eius Sergius propinquum occidisset, ad quoddam monasterium, ad aliquot dies se recepit, quo loco partim monachi cuiusdam admonitionibus, partim iterato S. Appollinaris viro impulsus est, ad seculum relinquendû. Sic multi alij. Ideo bene S. Ioannes Climacus ait: *Non contemnamus quosdam mundo renunciantes, sine sapientis deliberatione, quia Spiritus S. quandoque decipit animas. Sapienter enim talis renunciatio meliori sine terminatur, quam illa, quæ fuit deliberata: sicut semen cadens de manu agricolæ, ubi non vult, vltimis interdum germinat, quàm de industriâ seminatum. Vidi quosdam euntes non rectâ intentione, sed necessitate coactos, qui deinde fuerunt capiti à multa sapientia Abbatis, & placidâ conversatione monachorum. Hi postmodum receperunt lumen à Deo, lumen gratiæ, & peruenierunt ad altum statum.*

Decima Tertia Causa

95. **E**st magnificiendi statum Religiosum, & inclinationem ipsam ad illum, non tantum claratam Dei vocationem vehementem, præstantissimum sacrificium & quasi donum, quod Deo offertur per ingressum in religionem. Ad hoc explicandum adferam exemplum quod refert P. Ludonicus de Ponte in vita nostri P. Balthazaris Aluarez, de nostro P. Francisco Ribera viro sancto, & celebri Commentatore duodecim Prophetarum minorum, & aliorum librorum eruditissimum scriptore. Hic cum in celebri Vniuersitate Salmanticensi fuisset Collegialis insignis Collegij Archiepiscopalis, & absoluto tempore manendi in illo Collegio ad suam patriam rediisset, ibique studiis S. Scripturæ se impenderet, casu quondam fuit visitatus à nostro P. Martino Gutierrez, tunc nostri Collegij Salmanticensis Rectore, illac transiente, viro eximia sanctitatis, in nostris Historiis celebrato, olim Ribera Confessario. Ibi postquam de aliis rebus contulissent, dixit Doctor Ribera, se decreuisse, recipere se ad quandam domum suæ patriæ, prope quoddam sacellum B. Virginis, ad quam singularem habebat deuotionem, & inde velle prodire, ut in vicinis locis conciones haberet, reliquum verò tempus consumere cum suis libris: & interrogauit P. Gutierrez, quid sibi videretur de illa vite ratione? Cui vir sanctus: Domine Doctor, inquit, placet huiusmodi mentis vestre decretum, sed attendat, quod tunc retinet sibi optimum pignus, quod habet, propriam scilicet voluntatem. Hoc verbum ita generosum Ribera cor penetravit celestis luce,

Pall. Laul.
cap. 8.
Niciph.
l. 3. c. 40.
Trip. l. 1.
cap. 11.
Anton.
tit. 15. c. 4.

Damian.
in Vita.

gr.

95.

ca. 31. pag.
359.

Plat. lib. a.

cap. 34.

laco, & Spiritus S. motione pulsante, ut statim decre-
 rerit omnino mundo renunciare, & Societatis institum
 amplexi, in qua eadem studia & ministeria exer-
 cere liceret, absque vlla propria voluntate: sequendo sci-
 licet obedientiam, qua nos cum diuina voluntate con-
 necit. Quam resolutionem generosam copiose
 illi rependit Deus: Nam in Societate id non op-
 tans, magno in honore fuit, & scriptis libris, in
 tota Ecclesia celebritatem nominis sui non de-
 sideratam acquisiuit; & quod maius est, sancti-
 tatem vitæ, a Deo adhuc in hac vita honoratam.
 Nam cum quodam die festo concionaretur, visa est
 magna lux cum circumdams, & in ea ipse Christus Do-
 minus, magna maiestate & pulchritudine sua illi assi-
 stens, & vultu placido concionantem afficiens, vni-
 que suis super Patris humeros innitens; quasi sub sua eum
 protectione haberet. Et cum in concionis progressu Pa-
 ter Ribera protulisset hæc verba: O magni Dei nostri
 granditatem! quod non sit in tota Scripturâ sacrâ
 apex, non referens mysterium veritatum, Christus iucun-
 dâ voce cuiusdam persone digna valde fide, dixit: Hic est
 vere vir, qui sanum ac verum exprimit Scriptura
 mea sensum: idoque meas illi veritates infundo, qui no-
 uit pendere & estimare quantum mihi consulerit,
 quod eas fecerim hominibus innotescere: recte tibi con-
 tigit, quod eum habeas Confessarium. Crede quod tibi
 dixerit, nam in eo me ipsum inuenies, disceresque quâ
 ratione meam debes voluntatem exequi. Et cum vitâ
 sanctæ peractâ fuisset mortuus Anno 1591. in Nouem-
 bre, visus est in magna gloria valde prope sedem Dei,
 ex cuius pectore ingens lux procedebat, in pectus eius-
 dem Patris, quem ingenti pulchritudine ac lætitiâ il-
 lustrabat, sibi que vnebat, per quam maxima quaque
 intelligebat eorum, quæ in mundo nouissim. Quam lu-
 cem ideo ei datam intellexit, eò quod nunquam respo-
 xisset aut curasset honorem inanem; sed ipsum Deum:
 ut & cognosceretur, & amaretur ab omnibus, & obse-
 quam ei a suis creaturis præsaretur. Eadem etiam per-
 sona apparuit, & multa ac præclara documenta dedit,
 ut posset in obsequio diuino proficere, eamque valde est
 consolatus. quæ etiam tunc multum indigebat solatio.
 Ita Deus etiam in hac vita honorat, qui eum
 honorarunt abnegatione propriæ voluntatis in
 suscepto religiois vitæ statu. Magnum enim
 est sacrificium, magnum donum, propria volun-
 tatis, in Religione per votum obedientiæ Di-
 uinæ maiestati ex eius amore oblata: quia ut ait
 S.P.N. Ignatius in Epistola de Obedientia, ci-
 tans illum locum S. Scripturæ: Melior est obedien-
 tia quam victimæ: & sententiam S. Gregorij Pa-
 pæ, causam huius dicti adferentis: quia per victi-
 mas aliena caro, per obedientiam verò voluntas pro-
 pria maclatur. Ideò inquit S. Pater quia ista vo-
 luntas est in homine tanti valoris, ita & oblatio in
 qua illa offertur per Obedientiam, suo Creatori & Do-
 mino. Ita ille in textu Hispanico, Maclatio autem
 propriæ voluntatis, præfertim, uti fit in Re-
 ligione, voto firmata, res est difficilis, atque ita
 ex hoc capite valde Deo accepta, qui actibus
 difficilibus pro eius amore factis valde delecta-

tur, & magni eos facit. Hanc difficultatem pon-
 derans idem S. Gregorius circa illa verba Matt. hom. 32.
 16. Si quis vult venire post me, abneget semet-
 ipsum: Ibi, inquit, dicitur, ut abnegemus nostra, hic
 dicitur, ut abnegemus nos: Et fortasse laboriosum non
 est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est, re-
 linquere semetipsum. Minus quippe est, abnegare quod
 habet, valde autem multum est, abnegare quod est. Id-
 eò qui hoc multum Deo in Religione conse-
 crat, magnum sacrificium illi offert. Ostendit
 hoc Dominus S. Gertrudi, cum enim se obru-
 lisset ad iter quoddam, licet viribus corporis esset
 destituta, Christus Dominus in imagine crucifixi co-
 ram qua fecit hanc sui oblationem, tam medullitris
 complacatus videbatur, quod quasi ingenti gaudio, &
 amicissimâ blanditate, se de patibulo Crucis demittens,
 in amplexu suauissimos, eam suscepit, ineffabiliter
 exultans, eamque blandè vulneri lateris sui sanctissimi
 applicans ait: Bene venias mihi carissima, vulnerum
 meorum emplastrum lenissimum, omniumque dolorum
 meorum leuamen suauissimum. In quibus verbis intel-
 lexit, quod quando aliquis offert integram voluntatem
 suam ad omne beneplacitum Dei, hoc Dominus tali
 modo acceptat, quasi homo ille tempore passionis
 eius, omnibus vulneribus lenissima adhibuisset empla-
 stra.

Cum ergo inter beneplacita Dei, sit res præ-
 stantissima ingressus in Religionem, in qua vo-
 luntas propria alienæ subdita maclatur, is est
 oblatio summè grata & accepta Deo, sicut &
 obedientia quæ exercetur post hanc sui oblatio-
 nem Deo factam. Qua de re sic Christus Do-
 minus dixit S. Briggittæ: Caritas est quasi arbor, de
 qua omnes virtutes procedunt: inter quas primatum
 tenet obedientia, pro qua ego ipse Deus, subire crucem,
 & mortem non dubitavi. Ideò obedientia est mihi pla-
 cita, sicut fructus suauissimus: sic & homo ille, est mihi
 amicissimus, qui se ex humilitate alius subiecit, & velle
 suum totum ponit ad manus aliorum. Quæ subie-
 ctio cur ita Deo sit accepta S. Thomas ita o-
 stendit: Quando aliquid magis naturaliter amatur,
 tamò perfectius contemnitur propter Christum. Nihil
 enim homini est amabilius libertate propriæ volunta-
 tis. Per hanc enim homo est etiam aliorum dominus:
 per hanc alius vti vel frui potest: per hanc etiam actibus
 suis dominatur. Vnde sicut homo dimittens diuitias
 vel personas coniunctas (quod fit per ingressum in
 Religionem) eas abnegat; ita deserens propriæ vo-
 luntatis arbitrium, per quod ipse sui ipsius Dominus
 est, se ipsum abnegare inuenitur. Nihil etiam est, quod
 homo naturali affectu magis refugiat quàm seruitu-
 tem. vnde & nihil posset homo pro alio amplius impen-
 dere post hoc quod se in mortem pro eo traderet, quàm
 quod se seruituti eius subiugaret. Vnde & dicitur Tob.
 9. Tobias iunior dixit ad Angelum: si me ipsum tradam
 tibi seruum, non ero condignus prouidentia tua. Huius
 autem voluntatis libertatem aliqui sibi propter Deum
 particulariter adimunt, dum quodcumque peculiare
 votum emittunt, de quocumque faciendo vel non fa-
 ciendo.

in Euang.

1.3.c.64.
 infra. diu.
 piet.

1.6. Renel.
 cap. 150.

Opusc.
 opusc. 18.
 de perfe-
 cti. vit. Sp.
 cap. 10.

Felix est ergo illa anima, cui Deus inspirat vel per vocationem expressam, voluntatem mouendo ad amplectendum statum religiosum, vel per illuminationem solum intellectus, cum facit, vt agnoscat felicitatem status religiosi. Quocirca sicut seculares sine Dei vocatione per se eligunt bona naturæ & fortunæ maiora, perunt verò minora, (in diuitiis, honoribus, & voluptatibus.) ita deberent spernere statum secularem, & religiosum eligere, & in eo propriam voluntatem per votum obedientiæ mactatam, Deo in sacrificium offerre.

96. Cùm ergo tam magna sint bona in statu religioso; magnificandus est, & magnæ gratiæ Deo agendæ ab eo, qui ad illum à Deo vocatur. Et hæc quidem bona status religiosi tanta sunt, vt quemadmodum dicebat B. Laurentius Iustinianus Protopatriarcha Venetus: *Consulto Deus gratiam Religionis hominibus occultauit, ne, si cognosceretur eius felicitas, omnes ad eam confugerent.*

Si queras, quomodo sint agendæ gratiæ Deo pro beneficio vocationis ante ingressum in Religionem?

Respondeo primò, eo modo, quo aguntur pro aliis beneficiis diuinitus collatis.

*Respondeo secundò, si dum te præparas ad statum religiosum, acceptâ intus Dei vocatione ad illum, vitam emendaueris, præteritos defectus aliis notos vitando, & exercendo te magis quàm antea, in operibus bonis alios ædificantibus. Sic docet S. Chrysostomus: *Vt gratias Deo reddamus, non solum verbis, verum & opere erit emendandum. poterit que tunc vera quadam gratitudo dici, si nostris ex actibus Deus laudè consequatur, cauerimusq; ne in eadem illa recidamus, qua ante improbanda euasimus.* Cali taciti Deum laudibus prosequuntur, cum caelesti facie homines ad diuina præconia inuitant, & dicuntur laudem Domino pronunciare. Sic & qui vitam duxerint puriorem, etiam ore silente, Deum extollunt, quando suo exemplo reliquos homines, eundem, vt laudibus efferant, pelliciunt. Siquidem Deus non tantum admirationis & laudis ex caelesti hac machina vindicat, quantum gloria sibi, ex optimis huius vite humane actionibus comparat.*

Quod si dicas, Religiosos non posse congregare merita ex operibus bonis quæ à secularibus fieri possunt, & quæ Christus in die iudicij vltimi æterno præmio est remuneraturus: *Esuriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere, hospes eram & collegistis me.* Hæc enim religiosi præstare non possunt ita, vti seculares.

Respondeo primò, Hæc omnia Religiosi melius præstant, & frequentius quàm seculares, quia Superiores Religiosorum hæc omnia abundantius præstant suo, & suorum subditorum nomine, quàm seculares.

Respondeo secundò, Hæresim fuisse Vigilantiæ à S. Hieronymo refutatam, & ab Ecclesia condemnatam, quæ asserbat, eos melius facere

qui vtuntur rebus suis, & paulatim fructus professionum suarum pauperibus diuidunt, quàm eos, qui possessionibus venditis semel Deo omnia largiuntur: *Quod S. Hieronymus refutat Christi doctrinâ, qui hoc suadet adolescenti. Sicut vii perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Bene faciebant, inquit S. Augustinus, qui de sua substantia Christo, & eius Discipulis (quod maius est, quàm dare aliis pauperibus) necessaria subministrabant, sed melius qui omnem substantiam dimiserunt, vt expeditiores eundem Dominum sequerentur. Vt enim dixit S. Anselmus, ij, non solos fructus, vti seculares boni, sed ipsam arborem vnâ cum fructibus Deo dant, quando semet, cum omnibus suis rebus quæ habebant, & habere poterant, Deo donarunt.*

*Respondeo tertio, Sed etiam post hanc talem totalem sui donationem, habent per quæ compentent, & multò abundantius, opera bona secularium, tum quia omnia opera eorum, vt supra ostendi, sunt meritoria; tum quia, vt Deus docuit S. Gertrudem, aliis modis id supplet. Cùm enim S. Gertrudis Monialis, audiret legi in Euangelio illa verba: *Esuriui, & dedistis mihi manducare, & reliqua, dixit ad Dominum: Eia mi Domine cum nobis non congruat corporaliter esurientes cibare, sitientes potare, & cetera opera misericordie perficere, eò quod te ordinante sub regulari professione conuersantes, nihil nobis proprii liceat possidere, doce me, quo studio possimus & nos illam dulcissimam benedictionis tuæ vocem consequi, quam pro operibus misericordie hoc loco promissisti.* Respondit Dominus: *cùm ego vera salus, & vita anima, sine intermissione in quolibet homine esuriam, & sitiam sui ipsius salutem, si quis omni die studeret aliqua edificatoria verba S. Scripturæ recitare, ille certè meam esuriam suauissimâ refectiõne releuaret. Si verò lectiõni ipsi hanc etiam mentionem adiungeret, quod scilicet ex ea compunctiõnis, vel deuotiõnis gratiam obtinere desideraret, tunc etiam sitim meam dulcissimo poculo refocillaret. Si quis etiam saltem vnâ horâ quotidie mihi vacare studeret totâ mentis intentione, ille valdè gratum hospitium mihi exhiberet: Et qui singulis diebus in aliqua virtute exercitari studeret, ab illo me decenter coopertum acceptarem. Similiter qui alicui vitio, vel tentationi viriliter resistendo vinceret eam, ab illo me infirmum diligenti curâ visitatum, reputarem. Qui autem pro peccatoribus, & animabus purgandis deuotè orauerit, hoc tam dignanter acceptabo, ac si ad me incarceratum crebrius veniendo, blandis consolationibus suis desolationem meam subleuasset. Adiecitque Dominus: *si quis in prædictis se quotidie pro amore meo exercitauerit, & specialiter tempore quadragesimali, hunc indubitanter cum tota diuina suauitate mea, regali gloria, nec non amabili fidelitate dignanter remunerabo: sicut hoc incomprehensibilem omnipotentiam & inscrutabilem sapientiam, dulcissimamque beneuolentiam meam vnquam liberalius decet adimplere.***

hom. 26. in Gen. & 20. 5. de gratiis Deo agendis.

Matth. 25. 35-36.

l. cont. Vigilant.

Matth. 19.

l. de bono coniug. & de Eccl. dogm. c. 7. l. de similit.

97.

l. 4. infm. diu. piet. cap. 18.

CA-